



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 37. Legatorum rationes Pontifici propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. qui aliunde Pragam, ubi Bohemiæ Rex
A.C. 1562. coronandus esset, solemnia peracturus
 contenderat. Insuper Legati eodem
 tempore datis ad Hispaniæ Regem li-
 teris eidem exponebant rationes, qui-
 bus permoti hucusque Synodi continua-
 tionem declarare omiserint.

§. XXXVI.

*Lancianensis Archiepiscopus ad Pa-
 pam a Legatis missus.*

Postea Legati Leonardum Marinum
 Ord. S. Dominici quondam alum-
 num, ac Nobilem Venetum, & tunc
 Lancianensem Archiepiscopum ad Pa-
 pam ablegabant, ut de vero rerum sta-
 tu, atque angustiis, quibus premeren-
 tur, eundem certiorem redderet. Ve-
 rum publicæ fidei literas, quas huic
 Deputato dederunt, Simonetta Cardi-
 nalis signare recusabat, nisi idem pri-
 vatas cuiuslibet Legati literas secum
 deferret.

§. XXXVII.

*Legatorum rationes Pontifici pro-
 positæ.*

Pallav. l. 17.

c. 2. n. 1.

& seq.

Sarpius l. 6.

p. 498.

Cum falsus spargeretur rumor, quod
 Pontifex ob ingentes expensas, quæ
 in hunc conventum effundebantur, Con-
 cilium dissolvere vellet, atque aliunde
 Patres illud absolvere, vel saltem ad
 aliam



aliam Regionem transferre molirentur, Sæcul. XVI.
 hinc Leonardus Marinus summo Pontifici hæc exponere jubebatur : „cum Sy-
 „nodus duplici de cauffa coaluerit, ut sci-
 „licet Ecclesiam ab haeresi purgaret, eam-
 „que in moribus reformaret, hinc sua
 „Sanctitas ab incepto tam pio opere
 „desistere non potest, antequam utrum-
 „que compleverit, nisi ob graves cauffas,
 „quæ dissolutionem fuaderent, quales
 „forent aut bellum, aut pestis, aut no-
 „tabilis ciborum caritas; aliter enim ti-
 „mendum est, ne Nationes, quæ tam
 „avide Concilium celebrari petierant,
 „coactumque numero adeo frequens
 „aspiciebant, ubi postea tenuis obtentu-
 „cauffæ interruptum cernerent, aut sibi
 „prospicerent per proprias nationum Sy-
 „nodos, aut illud prosequi sine Ponti-
 „ficiis legatis auderent, uti Basileæ
 „accidit, cum gravi discrimine ingen-
 „tis in Ecclesiam cladis: porro id non
 „poterit contingere, nisi tantumdem
 „ignominiæ in suam Sanctitatem redun-
 „daret, quantum gloriæ ob Religionis
 „studium, animique virtutem in eo co-
 „gendo eidem accesserat: ne igitur gra-
 „vetur animo recolere, quam validis
 „in eo casu rationibus cuncti, qui Apo-
 „stolicæ Sedi perduelles sunt, provin-
 „cias eidem hactenus obsequentes in-
 „vaderent, ut illos ad schisma pari-

Pallav. n. 2.

F 2 ter

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„ter sollicitarent, si forte iidem scientes, quonam vehementi desiderio omnines Orthodoxi hanc Synodus ad extirpandos errores, seque ab illis illæsse servandos peterent, possent per ali quam veritatis speciem affirmare, quod „Petri Successor nihil de ipsorum salute labore, & in ejus æstimatione plus ponderis habeat tenuis ærarii sui sumptus, aut tenue suorum tribunaliū incommodum, quam illorum exitium. Evidem sibi persuadent „Legati, quod hæc omnia ex falsis Anglicorum sermonibus, & non ex Pontificis voluntate Roma fuerint scripta: „illi quoque Synodi Præfules, qui solutionem Concilii cupiebant, ut ad suas Diœceses remigrarent, studio Religionis impelluntur, sed non secundum scientiam, ut Apostolus loquitur, dum majorem de propriis, quam de Universali Ecclesia rationem habere non debuissent: ideo excusandi haud sunt, quod animarum jacturam in universa Christiana Republica corporum suorum incommodis posthaberent.

§. XXXVIII.
*Præfidum rationes de non dissolvenda
Synodo.*

His

